



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Quartus. Sub se in profundo mysticus videt regionem inferioris hominis, ac spiritus proprij in alto spiritus diuini autem supra se.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

etur, ac possidetur; totum hoc ut im-
perfectum quid, & præambulum, vt
peraccommoda tamen dispositio, ac-
eipiendum est; dein admodum subti-
li, & pro vt fieri poterit, substantijs
separatis conformi intelligentia, ille
qui omnibus præstat, & altior est, in-
tuendus erit: quo ita per conuenien-
tem speciem aut similitudinem excita-
tam, dein fœcunditate intellectus, &
voluntatis consortij diuinæ naturæ ex-
ercitium pure instituatur, continua-
tur, ac foueatur. interea verò dum
hæc fiunt, quam altè ad superiora in-
dies eleuetur, consequenter dicendum
est,

*Sub se in profundo mysticus videt regionem
inferioris hominis, ac spiritus proprij
in alto spiritus Diuini autem
supræse.*

ARTICVLVS QVARTVS.

CVM vix paruam stillam a sermonis e-
ius audiuerimus, quis poterit toni-
trum magnitudini eius intueri? Ac si
diceret, ô pia anima, luminosa illa spi-
ritus proprij viuacitas, qua continuo
ad altiora eleuaris, hoc præstat, vt in-
ferior regio, in qua prius versabaris,
& vix paruam stillam sermonis eius
audiebas, & modica ad operandum
actiuitate potiebaris; iam tandem ad
infimos situs, & sphæras protusa vi-
deatur: illa enim nec tonitruum ma-
gnitudinis eius, nec subtilem actiui-
tatem spiritus sustinere poterat. iam

verò cum animalibus illis cœlestibus
qua plena erant oculis intus, & fo-
nis, ante, & retro, & ad videnda quælibet
maximè capacia; per instantaneas o-
perationes, seu verba mystica, hoc lo-
co ad formationem, & pronuntiatio-
nem peraccommoda eleuare, ac ubi-
cunque inuenieris impetum spiritus,
illuc gradiare; & regioni spiritus diuini
quam supra te animaduertis, approxi-
ma, cumque permissum fuerit ingre-
dere, ac inhabita.

Interea verò quidquid Deo minus
est, ipsam scilicet proprij spiritus ele-
uatam regionem, ac operationis fa-
cilitatem, qua instar aquilæ quocon-
que volueris circumuolitas, & tan-
quam plena oculis intus, & foris om-
nia clare intueris; vt præambulum,
& dispositionem duntaxat accipe, &
transgredere: ac ei, qui his omnibus
altius eminet, spirituali admodum in-
telligentia coniungere, adhære, &, vt
potes, profunda Dei scrutare, eius pul-
chritudine, & bonitate inebriata; quo
ita tandem amoris præstantia ad sua-
uem mentis excessum dimouearis.
quomodo autem ad summa penetres,
constabit ex sequentibus.

*In summo proprij spiritus attingit re-
gionem spiritus Diuini.*

ARTICVLVS QVINTVS.

IUstorum semita quasi lux splendens pro-
cedit, & b crescit usque ad perfectum
diem

a Job 26. b Proverb. 4.